UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

Approbatio Operis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-95263

Visual Library

APPROBATIO OPERIS.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſ. P. Magiſtro Sacr. Palatij Apoſtol.
A. Epiſc. Hieracen. Viceſg.

EGo Petrus Albertinus, in Almæ Vrbis gymnaſio publicus, ac primarius Pontificij iuris Profeſſor, de mandato Reuerendiſſ. P. Nicolai Rodulfij, ſacri Apoſtol. Palatij Magiſtri, perlegi, ac diligenter recenſui *Librum primum, & ſecundum Operis inſcripti, Collectanea Doctorum tam veterum, quàm recentiorum,* &c. *Auctore Excellentiſſ. D. Auguſtino Barboſa, I.V.D. Luſitano,* &c. nihílque in eo reperi bonis moribus, vel Religioni contrarium, quinimò ob egregiam, & perſpicuam in eo contentam doctrinam dignum exiſtimo, quòd ad publicam vtilitatem typis quanto citiùs mandetur; in quorum fidem hæc manu mea ſubſcripſi Romæ die 30. Maij 1625.

PETRVS RLBERTINVS, qui ſuprà manu propriâ.

EGo Felix Contelorius, I. V. & S. Theologiæ Doctor, de mandato Reuerend. P.F. Hiacinthi Petronij, S. Apoſt. Palatij Magiſtri, perlegi D. Auguſtini Barboſæ Luſitani I. V. D. &c. opus, quod inſcribitur, *Collectanea Doctorum tam veterum, quàm recentiorum,* &c. *ſuper tertium, quartum, & quintum Libros Decretalium, Sextum, Clementinas, & Extrauagantes Ioannis XXII. & Extrauagantes communes,* & nihil in eo reperi, quod fidei, & bonis moribus aduerſetur, & ideò opus hoc ſummo ingenio, & induſtria elaboratum ad Reip. vtilitatem typis mandari poſſe cenſeo; in quorum fidem propriâ manu ſubſcripſi Romæ hac die 4. Auguſtini 1621.

FELIX CONTELORIVS, manu propriâ.

Imprimatur, Fr. Andreas Biſcionus, Præd. General. & Socius R. P. Mag. Fr. Nicolai Rodulfi, S. P. Apoſt. Ordin. Prædic.

Imprimatur, ſi videtur Reuerendiſſ. P. Magiſtro Sac. Palatij Apoſt.
A. Epiſc. Bellicaſtren. Viceſg.

INIVNCTVM onus à Reuerend. P. Nicolao Rodulphio, S. Apoſt. Palatij Magiſtro, examinandi *Collectanea Doctorum ad Gratiani Decretum admodum Illuſtris, & Excellentiſsimi D. Auguſtini Barboſæ,* cupidè ſuſcepi, diligentérque perlegi, reperíque Auctorem non Collectanea tantùm feciſſe, ſed difficillimos Decreti Textus commentariis doctiſſimis exornaſſe, in quibus adeò diligens, & accuratus fuit, vt nihil quod ad ſolidam, verámque doctrinam pertineat omiſerit, opus certè mirificum, & dignum tanto Doctore, in quo circa Canones explicandos nihil poſſis deſiderare. Cùm igitur ſanam, Catholicam, & bonis moribus non aduerſam doctrinam contineat, dignum eſſe cenſui, vt quàm primùm publici iuris fiat, in commune omnium commodum Romæ 3. Ianuarij 1629.

Ita cenſui *Ego Angelus Lucianus, I. V. D. & in Gymnaſio almæ Vrbis Pontificij iuris Profeſſor in prima ſede horis pomeridianis, manu propriâ.*

Imprimatur, Fr. Hyacinthus Lupus, Socius Reuerendiſſ. P. M. S. P. ac totius Ordin. Prædic Vicarij Apoſtolici.

APPROBATIO REVERENDISS. P. MAGISTR.
Sac. Palatij Apoſtol. quâ hanc vltimam editionem.

Imprimatur.

Fr. N. SPAM.